



LECTORI S.

HISTORIA quam vides, formandarum con-
 cionum *ὑπομνημάτων*, aliquot iam annis
 versata est inter Collegii Sapientiae a-
 lumnos, sacri ministerii candidatos;
 sed *ἀνωμαλῶς* velut autore incerto prodita. Cum
 ergo ad manus quoque meas venisset, & videretur
 omnino *Vrsinianam* quandam dexteritatem re-
 sipere, putavi in lucem protrahendam, & tecum,
 Lector benevole, veluti quoddam additum huic
 Rhetoricae corollarium, aut honorarium *ἐπιμύθημα*,
 communicandam; praesertim cum servire possit ei,
 qua priori libro tradita est, methodo tum confir-
 manda, tum illustranda. Fruere, & Vale.

